sunt legis sc̄a discutimus: aut sp̄italem ex his cibum purumq: capiamus. & haec
inquit est lex aeterna. Iohannis quidem [apostolus] in apocalypsi dicit esse euangelium
aeternum. Inuenimus scriptum esse legem aeternam. Sed isti qui legem secun
dum litteram sequi uolunt. uellem mihi nunc dicerent. quomodo lex huius sa
crificii esse possit aeterna. cum utiq: distructo templo. subuerso altari & omni
bus quae dicebantur sc̄a profanatis. ritus iste sacrificiorum. non potuerit per
manere. quomodo ergo aeternum dicent. quod olim cessasse & finitum esse iam
constat. restat ut secundum eam partem lex haec aeterna dicatur. qua nos dici
mus legem esse sp̄italem. & per eam sp̄italia offerri posse sacrificia. quae neq:
inrumpi umquam neq: cessare possunt. Non enim in loco sunt qui subuertitur
tuti in tēpore quod mutatur. sed in fide credentes. & in corde sacrificantes.
Sane quod ait. non edetur de sacrificio sacerdotis sed holochaustū erit. certum
est ad dn̄i & saluatoris nr̄i personam referri. De illius enim sacrificio non edetur
sed holochaustum erit hoc in loco sacrificium. uerbum ipsum accipiendū est
& doctrina de qua nullus edet. hoc est nullus disputat. nullus retractat. sed
holochaustum est. Quid quid enim dixit. quidquid statuit aeterna consecra
tione perdurant. Nec aliquis per insanus inuenitur aut profanus qui re
tractare de eius sermonibus possit quos tamquam holochaustū sacrificiū
dō oblatum in omni cultu & ueneratione habere debemus. quia caelū & terra
transibit. uerba autem eius non transibunt. Sed semper manent sicut & ipse
manet per ipsum dō patri cū sp̄ū sc̄o cui est gloria & imperiū in sc̄la sc̄lorū. am̄.

EXPLICIT OMEL QUARTA   INCIPIT OMELIA QUINTA

De eo quod scriptum est. haec est lex peccati in loco in quo iugulantur holochaus
ta occident & id quod peccati est. & cetera. & locutus est dn̄s ad moysen dicens.
Loquere ad aaron & filiis eius dicens. haec est lex peccati in loco quo iugulantur
occident & id quod peccati est contra dn̄m sc̄a sc̄orum sunt. Sacerdos qui offert illud
edet illud in loco sc̄o edetur in atrio tabernaculi testimonii. omnis qui tangit de
carnibus eius s̄cificabitur. & cuicumq: asperū fuerit ex sanguine eius super uesti
mentū quod cuiq: resperssum fuerit & ipsum lauabitur in loco sc̄o. & uas fictile
in quocumq: loco coctum fuerit confringetur. Si autem in uase aereo coctū fuerit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0433